NICOLAUS DE LYRA
Salzburg/Bayern, 1450
Seite 280r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



paralipp

alios electos. Primo igitur
liber paralipp sic diuiditur
Quia primo quasi breuiter
texit generationes usq ad
dauid et tunc prosequitur de
factis eius xo capo quo ad
primum primo ponit ordinem
generationum usq ad iacob
quia usq ad eum nulla gene-
ratio fuerit tota electa. Inde
a iacob per xij patriarchas
ponit generationes secundum
usq ad transmigrationem babi-
lonis capo xij. Tertio ge-
nerationes post transmigratio-
nem capo ix. Circa primum texit
primo generationes ad a-
dam usq ad noe. Secundo per
tres filios noe venit ad a-
braham ibi filij iosephi. Tertio ab
per tres nepotes abraha
venit ad iacob dans quis
nam fuerit ibi filij abra-
ham autem. Circa primum
dicitur. Abraham seth et
sub intelligitur genuit et
sic de aliis. Sethaym aute
et abel filios adam non fa-
cit intentionem quia abel mo-
tuus fuit sine generatione
et generatio primis tham
fuit tota deleta in diluuio
Generationes autem iste
plenius posite sunt. xo gen
et ibidem fuerit exposite
Sem cham et iaphet in
istis non intelligitur ge-
nuit alium. Et fuerunt tres
et filij noe ut habetur
Gen vo. Scribuntur hic qui
tres generationes quia filij
eorum occupauerunt tres partes
orbis. Sem asyam filij iaph
habet europam cham affri-
cam ut dicit iosephus primo
libro antiquitatum. Istud tam
est intelligendum pro maiori
non tamen totaliter quia filij iaph
habet obtinuerunt partem asye
et filij cham similiter filij
iaphet hic igitur per filios
noe descendit ad abraham
et primo ponit generationes
cham. quia ille non erant
prosequendi ultimo vero
generationes sem quia ille
erant prosequendi tanquam
a deo electe quia ab illis
descendit abraham ysaac
et iacob et duodecim pa-
triarche et tandem dauid
de patriarcha iuda cuius re-
gnum prosequitur liber iste
ut predictum est etiam quia sicut
dicit iosephus de hebraicis qui
ibi isti filij noe a quibus
replata est terra post dilu-
uium nomina locis et gen-
tibus reliquerunt ex quibus
postea mutata sunt plurima
propter longitudinem temporum et
bella superuenientia per
que deleta sunt nomina
multarum gentium et mu-
tata nomina ciuitatum. Alij
tamen adhuc permanent
in se vel in aliquo simili
sicut propinquo. Homer ag
nominati sunt galathe et
postea gallici ut dicunt ag
Alij autem dicunt ergo quod

280